

A. Verum de his pomis non idē scriptores sentiunt. Afferūt quidā, in Libya in Hesperidum ortis mala aurea à terribili dracone asseruari. Alij pecudum greges exquisita pulchritudine Hesperides habuisse: quæ ob decorem à poetis aurea dictæ sint, quemadmodum & Venerem ob egregiam formam aureā appellant. Nonnulli eas pecudes colore auro simili fuisse vultū: eoq; hoc appellatas nomine. Draconē verò, extitisse pastorum curā: qui ut corporis fortitudineq; præstantes, custoditis gregibus latrocinia prohiberent. Sed hoc pro arbitrio accipiant legētes. Horū custode interfecto, Hercules aurea poma ad Eurytheum cum adduxisset, pro tot exactis laboribus expectabat, si cut Apollinis prædixerat oraculū, immortalium uitam. Non omissenda verò nobis videntur, quæ de Atlante & Hesperidum genere in fabulis feruntur. Fuisse in Hesperia tradunt fratres duos fama celebres, Hesperū atq; Atlantem. Hos habuisse oues decoras ferè colore aureo ac rubicundo: à quo eas poeta aurea mala dixerat. Ex Hespero ortam filiam dicunt nomine Hesperis, quæ fratri nupsit: & ab ea regionem Hesperia nominatam. Ex hac Atlas septem genuit filias: quæ à patre Atlantides, à matre Hesperides dictæ sunt. Hæ cum forma ac prudentia excelleret, Busiris Aegyptiorum rex cupiditate captus uirginū, piratas ad eas oras misit, ut ad se raptas uirgines apporarent. Quo tēpore & Hercules secundū laborē cōsummans, Antēū in Libya hospites palæstra superantē occidit: Busiridem verò in Aegypto mactatos aduenas loui sacrificantē meritō affecit supplicio. Deinde per Nilū in Aethiopiā profectus, Emathionē Aethiopū regem prælio uictū occidit. Postremò iterū ad certamina cōuersus, prædones qui puellis in horto quodam luderent raptis, inq; nauibus positis subito aufugerant, insecutus, in litore quodā deprehēsos interemit, uirgines Atlantii restituit patri. Quo beneficio motus Atlas, non solū dignis factō munerib. donauit Herculem, sed astrologiā insuper docuit. In qua cū operā curamq; impendisset præcipuam, ob spherā astrorū ab se adinuentā, orbem suis ferre humeris existimatus est.

B. Hercules quoq; cum spherā ad Græcos transfulisset, magna est gloria potius, existimantibus eum omnibus Atlantico orbi successisse. His occupato Hercule, quæ superferant Amazonas aiunt circa Thermodonta fluiuium undiq; conuenisse ad bellum Græcis inferendū. Nam Græcorum, à quibus Hercules profectus bello ipsas superasset, & maximè Atheniensū iniurias ob earum reginam Antiopen (alij Hippolytam tradūt) à Theseo captam, uicisci cupiebant. Itaq; Scytharū auxilio fretæ, adiutæq; uiribus, magno cum exercitu per Cimmericum nauigantes Bosphorum in Thracia, inde per Europam in agrum Atheniensem transeuntes, castra in his locis qui postea Amazonij appellati sunt, posuere. Theseus earū trāstū cognito, ciuū coactis copijs, aduersus hostes unā cum Antiopæ Amazone, ex qua filiū susceperat Hippolytū, proficiscit. Cōmisso certamine, Atheniensū duce Theseo uictoria fuit: Amazonū pars interfecta est, pars Atheniensū agro pulsā. Antiopæ quoq; pro uiro acriter pugnās occubuit. Quæ ex prælio superferuit Amazonas, desperata patria in Scythiā diuertere. Sed quoniam de his fatis antea scripsimus, ad Herculis redeamus gesta. Peractis ab eo laboribus, responsoq; à dijs accepto, cōferre plurimū ad cōsequendā immortalitatē, coloniā ad Sardos ab eo mitti, filiosq; ex Thespiadibus susceptos coloniæ præfici duces: Iolaū nepotē cum filijs (adolefcētiore enim erant) destinauit. Necessè uidet nobis, quò magis huius coloniæ origo cōstet, horū filiorū genus referre. Thespius uir fuit nobilis Atheniēsis, Erichthei filius: qui imperās ei quæ ab se de nominata est regioni, ex plurib. foeminis filias genuit quin quaginta. Hercules puer adhuc, sed robore præstans corporis, cupiens ex eis prole suscipere, uocato ad sacrificiū patre, cū opiparè illi epulas parasset, accersitis filiabus. In gulatim cognouit omnes: ex qb. geniti 30, matres omnes eiusdē ferme ætatis, communē

*Theseus ab hinc  
ad yuon.*

*Thespius: ab 70*

*30. filij huius*